Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 272

, 170.

Cod. CCLXXII.

B
5. 5.

Chartac: Fol: Soec: 15.

1.

S. Gregorii M. liber de cura pastorali. 1a–44b

S: Gregorii M: Liber de cura pastorali. Incipit "Pastoralis cure" &c. Totus ut in lo, dice CCLXIV.

2.

Ejusdem libb: IV dialogorum „ 44b–106b

Ejusdem IV libri dialogorum. Incip: "Quadam die dum". Satis de his dictum in Cod: CCXLVI.

3.

Conradi de Saxonia cognom: Holzingarii Speculum B: V: Maria. 107a–142a

Conradi de Saxonia, cognomine Holzingarii Speculum B: V: Maria. Rubrica est: "Incipit Speculum Marie utilis libellus"; initium: "Quoniam ut ait beatus Jeronimus nulli dubium est quin totum ad gloriam Dei pertineat quidquid digne genitrici sue impensum fuerit Ideo &c: ejusdem matris salutacionem pro materia assumere dignum duxi". Est itaque tractatus super Salutatione angelica, unde autem Speculi nomen hauserit ignoro. De authore quoque disserere hactenus eruditi. Audiamus et Caveus; quibus adstipulantur aliqua editiones illud vindicant Bonaventuræ Baduario (a); alii doctori Seraphico. Sed rem, ut mihi videtur confecit Benedictus Cavalieus in Brodromo ad Opp: S: Bonaventuræ t: 8. part: 2. C: 2, 87. col: 706 legg: ubi ex gravissimo testimonio Joann: de Turrecremata, aliorumque authorem statuit Conradum de Saxonia, cognomine Holzingarium Ord: Min: Soec: 13. & 14. Plura vide in Brodromo l: c:

(a) Ord: Eremit: S. Aug: ao 1380.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 272

, 171.

4.

Evangelia idiomate Bohemico. Evangelia idiomate Bohemico.

144a–153a

Regestum

Cod. CCLXXIII. B

Membran: Fol: min: Sec: 14 15. S. 6.

Joannis de Monte Pinato libar: Parit: flor: coel: doctrine, et figuranum XII. M:

Joannis Monachi de Monteginato Benedictini non procul a Camuto in Francia liber apparicionum et visionum B: V: Maria. Titulus est: "Incipit liber apparicionum et visionum bte, ate et intemerate" &c. Mox subjungitur: "Incipit liber beate virginis gloriose Marie qui liber florum celestis doctrine appellatur ad omnes artes scienda" &c. In prologo, qui incipit: "Nemo enim lucernam accendit", scip, sum nominat, at de scribendis visionibus ra, tionem reddit. Titulus saepius variat, sic fol. XI. dicit rubrica: "finit liber visionum qui est de reprobacione artis notorie et de presentis artis revelacione sequitur tunc liber virginis Marie" &c: fol. XIV. rubrica est: "Incipit liber de gracia domini"; ita vocat collectionem variarum precum ad obti, nendas visiones, artes, et scientias v: g: Rhe, toricam, Dialecticam, astrologiam &c: Imprip, tarum. Fol: LII. denuo mutatur titulus, nempe: "Hic incipit liber figurarum beate Marie virginis" &c: de quo dicit: "Anno incar, nacione dominice M CCC XV Idus Augusti circa vesperas incepi librum istum", ex quo aetas authoris dignosci potest. Ultimo ta, men folio iterum dicit: "In hac nova compi, lacione (a) duo nomina ponimus; scilicet li, brum florum doctrinis [a] celestis appellamus". Caeterum Codex summe vitiatus est, opus ipsum autem partus stolidi, ac fanatici hominis. Extat quoque apud Scotos Vienna

(a) Author nempe secundis curis hoc opus recogno vit.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 272

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27624

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)